Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ias 31

et tenebre tue erunt sicut meridies Et requiem tibi dabit dnus deus
tuus ssp et impletbit splendoribus animam tuam et ossa tua liberabit Et
eris quasi ortus irriguus et sicut fons aquarum cui non deficiant aque Et
edificabunt in te desita secloꝝ fundamenta generationum et generationes sus
citabis et vocabis edificator septum andens semitas in quietem
Si auteris a sabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo
et vocabis sabbatum delicatum et sanctum dni gloriosum et glificaueris
eum dum non facis vias tuas et non inuenitur voluntas tua ut non
loquaris sermonem Tunc delectabis super dno et sustollam te super
altitudines terre et cibabo te hereditate iacob patris tui Os enim dni
locutum est Sequitur capitulum quinquagesimum VIII

LIX

Ecce non est abbreuiata manus ut saluare nequeat nec
aggrauata est auris eius ut non exaudiat Sed iniquitates vre
diuiserunt inter vos et deum vrm et peccata vra abscondere faciem
eius a vobis ne exaudiat Manus enim vre pollute sanguine
et digiti vri iniquitate Labia vra locuta sunt mendacium et lingua
vra iniquitatem fatur Non est qui iuuet iustitiam neque est qui iudicet
vere Confidunt in nichilo et loquuntur vanitates Conceperunt la
borem et pepperunt iniquitatem Ouum aspidum ruperunt et telam ara
nee texuerunt Qui comedet de ouis eorum morietur et quod confectum
est erumpet in regulum Tele eorum non erunt in vestimentum neque
operient operibus suis Opera eorum opera inutilia et opus iniquitatis
in manibus eorum Pedes eorum ad malum currunt festinant
ut effundant sanguinem innocentem Cogitationes eorum cogitationes
inutiles Vastitas et contritio in viis eorum Viam pacis nescierunt et
non est iudicium in gressibus eorum Semite eorum incurbate sunt eis omnis
qui calcat in ea ignorat pacem Propter hoc elongatum est iudicium a vobis
et non apprehendet vos iustitia Expectauimus lucem et ecce tenebre
Splendorem et in tenebris ambulauimus Palpauimus sicut cecus parietem
et quasi absque oculis arrectauimus Impegimus meridie quasi in tenebris
in caligosis quasi mortui Rugiemus quasi ursi omnes et quasi columbe
meditantes gememus Exspectauimus iudicium et non est saluum et
elongatum est a nobis Multiplicate sunt enim iniquitates nre coram
te et peccata nra responderunt nobis quia scelera nra nobiscum et iniquitates nras